Volentes et decernentes vt omnia libello eiusdem Fraternitatis expressa et si quae pro temporis qualitate adhuc addere opus fuerit non minorem vim robur et authen habeant quam alia omnia Privilegia per serenissimos Reges ancores nostros et per nosipsos cuicunque personae collegio et Statui legitime data habere consueverunt quoniam autem eadem Fraternitas liberalitate piorum hominum adiuta domum acialem in platea e regione Scholae Sanctae Mariae semper virginis penes domum ad presens Gasparis Bendowsky chirurgi iure hereditario emit, emptam ex fundamento reparavit, ad eamque quae nunc conspicitur formam magnis sumptibus reduxit. Ideo hanc ipsam domum vt potequs non alio vsui quam congregationi Fraternitatis prefatae habitationique Sacerdotis, et ministrorum eius destinata est ab omni iurisdictione seculari eximimus atque Terri Castren et Civili, eamque libertatibus et immunitatibus Ecclesiasticis perpetuo ascribimus et incorporamus liberantes et absolventes eam perpetuis temporibus ab omnibus oneribus censibus contributionibus publicis et privatis Regalibus et civilibus etiam ab exactionibus regni in Comitijs laudatis alijsque quibusvis angarijs et servitijs ita vt omnino libera solis pijs vsibus in quos destinata est serviat quod ad omnium quorum interest notitiam deducen eisdem sub gravi nostra indignatione Mandamus vt eandem domum in hac a nobis concessa libertate temporibus perpetuis conservent conservarique ab alijs curent. Harum quibus sigillum Regni nostri appensum est manu nostra propria subscriptarum testimonio literarum

Aliud Privilegium monti Pietatis

Sigismundus etc Significamus etc

Quod cum Fraternitas Misericordiae ad S. Barbaram Cracoviae existens inter alia multa laudabilia quibus excellit opera, Cameram quoque Montis pietatis instituisset in quam collata insigni pecunia, eis qui pecunia super pignora aliqua opus habent, absque vllo interesse tribuerit, vnde fit vt homines et presertim pauperes vsuris non adeo exhauriantur quod quidem institutum sicut semper collaudavimus et favore nostro amplexi sumus ita quoque optimis fundamentis temporibus perpetuis collocari cupimus quoniam autem his corruptis tpribus

non desunt homines ingratissimi qui dum in necessitatibus suis
ad hanc ipsam Cameram confugiunt ab eaq; iuvantur tandem
praefectos eius varijs artibus vexant, ideo obviam ire volentes
ne homines pacifici administrationem camerae tam necessariae defugi=
ant primum quidem omnes leges et articulos pro eadem Camera
Montis pietatis sancitos et postea pro temporis varietate sanciendos
libello Fraternitatis Misericordiae insertos et in posterum inseren-
dos approbamus confirmamus et ratificamus. Volen. decernen. et
declarari easdem leges et articulos non minus robur obtinere
debere, quam alia laudabilia iura et plebiscita Regni nostri
autoritate Serenissimorum Regum antecessorum nostrorum
et nostra etiam instituta secundum quas quidem leges et
articulos volumus ut omnes in suis necessitatibus eo recur-
rentes sese gerant easq; in omnibus punctis et clausulis
quam diligentissime et quam strictissime observent Praeterea om-
nes et singulos eiusdem Camerae praefectos et administratores
per fraternitatem praefatam Misericordiae electos et eligendos
ex personis eorum quatenus eam cameram administrent ab om-
ni iurisdictione civili, Castren., Terri, et alia quavis tam secula:
ri quam spirituali liberamus. Volentes decernen. et declarari ut
ijdem praefecti et administratores pro rebus ad Montem pietatis
in pignus receptis coram nullo penitus officio Judicio, et Magratu
spirituali et seculari ad instantiam cuiuscunq; personae res-
pondere teneantur sed per omnia absolutam habeant potesta-
tem in omnibus secundum legem eiusdem camerae proceden. ita
ut nisi duntaxat fraternitati Misericordiae rationes pecuniis
collocatis pignorumq; receptis reddant aut ad eam ... quo-
rum interest notitiam deducentes eisdem seu mandamus
et sub gravi animadversione nostra praecipimus ne unquam
eosdem Montis pietatis praefectos et administratores pro rebus
eam cameram concernen. vexare et iudicare praesumant sed
eos in hac a nobis concessa libertate conservent ab alijsq;
conservari curent temporibus perpetuis Harum quibus si=
gillum Regni nostri etc.

Approbatio inscriptionis reciprocae

Sigismundus etc. Significamus

Exhibitas nobis fuisse per certos consiliarios nros nomine Famati